Universitäts-Bibliothek Wien
I
151.623
Incunabel

E. S.

I 151623 Incunabel

⁋ Hieronymi Balbi vtriuſqȝ iuris doctoris nec-
non poetę atqȝ oratoris inſignis: opuſculū epigrā-
maton fęliciter incipit

⁋ Magnificis et ſapientiſſimis dn̄is
pro ſereniſſimo Romanorū rege in ter-
ris hereditarijs regētibus integerrimis

NVlla vos ſubeat admiratio p̄ſtantiſſimi viri
quos rerū opifex deus eduxit: vt eſſent in quibus
virtus om̄es ſuos numeros explicaret. ſi ipſe qui ī
ſolonis verba iampridē iuraui quaſi trāſfuga ſuſce-
pteqȝ milicie, ꝓditor in Apollinis caſtra me ꝓiecerī.
Nam cū inter eos duces nondū iuditio familie her
ciſcunde cōmunive diuidundo actū ſit. Ipſe velud
cōmune mācipiū cui ceſſerim p̄timonio. ꝓpertum
parū habeo. Ad hoc accedit Nā et apollinem iuriſ
cōſultū eſſe lycurgi monumēta ſatis ſuꝑqȝ teſtant̄.
Me vero (vt ingenue fatear) quedā poetica ſcabies
tam acriter inuaſit. vt eius pruritum non prius ſe-
dare licuerit. q̄m has rancidulas nugulas effutirē:
quas cur in alienas manus ꝓuolare ꝑmiſerim. Re
ſpondeat michael vitez. Adoleſcēs nō nimis amu-
ſoteros. In quē om̄is huius editōis culpa trāſferen-
da eſt. Quippe qui has ineptiolas puluere carieqȝ
pene corroſas ⁊ tinearū morſibus laniatas. tanq̄ȝ
euclionis gallus gallinaceus nō prius ſcalpere ceſ-
ſauit. q̄m ex intimis acherōtis latebris erutas in lu
cem ad meum (vt puto) ludibriū emiſerit. Ceterū
ſi qui ſunt qui hec vt elumbia ⁊ molliuſculis verbu-
lis effeminata deteſtent̄. Sciant hoc nō meū eſſe ex

emplū.ſic ſcripſit calu⁹ virgilius.plinius.Apuleius ⁊ quicūq ꝑlegitur.quibus fuit ⁊ vita ſeuera ⁊ mate ria letior.Diuus hadrian⁹ cū voconij amici ſui po= etę tumlm verſibus veneraretur.ita inſcripſit:La= ſciuus verſu mēte pudicus eras.Qd nunq ita dix= iſſet ſi forent lepidiora carmīa argumentū inpudi= cicię habenda.Nā caſtum (vt catuliano teſtimonio vtar) decet eſſe pium poetā ipm verſiculos nihil ne ceſſe eſt:qui tum demū habēt ſalem ⁊ leporē.ſi ſunt molliculi ⁊ parū pudici.Deniq laſciuiora ſcripſi= mus non tacijs nō curijs.non catonib⁹.ſ cōbibo= nib⁹ nr̄is epicureis.qui cōuiuia nocti equare.Inge ntia pocula ſiccare.vngenta flagre.papillulas tra= ctare.Labellula mordere.linguam inſertare.ſcorta ductitare.pro quottidiano vſu habēt.Ab his me ſa tis probatū iri ꝯfido.Alij hec nō legāt vel ſi legerīt non meminerīt.vel ſi meminerint non reꝑhendāt. vel ſi reꝑhenderint ſciant me pluris facere vicioſaꝫ nucē ⁊ ventris inflati crepitū.q eoruꝫ fetidos puti= dos lactatus.Sed ne tam longos legatis logos.ni pudeat vr̄am ſapientiā qua tot regiones ab ęſtu ra bieq belloꝝ erepte in ſummo ocio ⁊ tranquillitate degunt:hec acuciori lima recenſete.quę ſi ad famā venire nō poterunt ne ad infamiā perueniāt:vul= cani vel deucalionis auxilio vtar.

¶ Maximiliano ſereniſſimo
Romanorũ ac Vngarie regi.

Non primũ tumido eſt auſus ſe credere ponto:
Ignota ſecuit qui rate primus aquas
Sed vicina leui tentauit ſtagna carina:
Mox dedit ionio libera vela ſalo:
Sic timet hibernis agitatas fluctibus vndas:
Proxima nec linquit littora noſtra ratis.
Aſt vbi fata dabũt mediũ ſulcabimus equor:
Tunc tua longinquis fama vehet̃ aquis.
Teq3 feram rapido qua ſurgũt equore calpes.
Qua rubet eoi mobilis vnda maris
Nunc licet exigua videar freta radere cymba:
Vincit roſtratas hec mea cymba rates:

¶ Eidem Regi

Militie ſublime decus: ſpes certa labantis
Et columen p̃rie: ſuperi quem rector olympi
Extulit. ⁊ latas rerũ cõmiſit habenas.
Vt foret indomitos bello. ſpolijſq3 ſuperbos
Qui regeret populos: partiſq3 ex hoſte triũphis
Inclitus emeritis compleret laudibus orbem.
Te phebus tenera primo de matre cadentem
Suſcepitq3. aluitq3 ſinu: ⁊ puerilia ſacris
Ora rigauit aquis. hinc flumina larga beati
Pectoris. hinc fundit ſermonis mella politi
Hybleis vox mixta fauis. qua diſſona linguis
Babaries regitur. qua ferrea pectora mulces.
Cum tibi primeuo vernaret flore genarum
Molle decus: teneraq3 nitens lanugine vultus

Lilia purpureis confunderet alba roſetis.
Non fractus non ſegnis eras. non mollia luxu
Tempora ducebas. diſcincta nec otia noras.
Sꝫ iacl̄m torquere manu. ſed mittere neruo
Spicula: veloceſqꝫ agitare in puluere currus.
Flectere ludus equū: ſumptoqꝫ vmbōe phalanges
Sternere: p̄cipitiqꝫ notos p̄currere curſu.
Tale rudimentū tenero ſortitus ab euo:
Inclitus arctoi domitor cum carolus orbis
(Proh dolor) occubuit nō equa ſorte ꝑemptus.
Tu ducis egregegij ſobolem. pactoſqꝫ hymeneos
Suſcipis: inqꝫ dolis cecoqꝫ in marte tueris.
Cymbrorū afflictis ſolus ſuccurrere rebus
Auſus: ⁊ inſidijs quas vndiqꝫ belgicus axis
Tendebat: bello fortiqꝫ occurrere dextra.
Liligerū dare terga ducem. dare terga cohortes
Vidimus: ⁊ ſtratis albentes oſſibus agros.
Miſiſti populos tunc ſub tua iura feroces.
Exiguaqꝫ manu gallorꝫ victor aceruos
Strauiſti. m̄rona rubens eiecta ſub vndis
Corpora voluebat: mixtoqꝫ infecta cruore
Sequana: non puras pelago ꝯmiſerat vndas.
Nemo impune tuis vnq̄ꝫ ſeſe obtulit armis.
Siue pedes dubij certamina martis iniret:
Seu luctantis equi ꝯtunderet ora lupatis.
Quę gens tam ꝓcul eſt. que nō tua fortia facta
Audierit: regniqꝫ decus nouere geloni:
Belligeri nouere ſcythe: nouere britāni:
Nouit ⁊ infelix burgundia cuius apertum
Spirat vuln⁹ adhuc. ⁊ inundāt ſanguine foſſe.

Pannoniuſqꝫ ferox: ⁊ equino ſanguine paſtus
Maſſagetes. nouit latijs infeſtus habenis
Cantaber. ⁊ duro gaudentes marte ſycambri:
Quiqꝫ iacit celeres parthus poſt terga ſagittas.
Circũfuſſa ſonas qua ꝑfluit equora nereus
Fama volans inuenit iter. terriſqꝫ relictis
Scandit ad ętherei ſublimia tecta tonantis.
Jamqꝫ erit illa dies (ſi vera mõ auguro) cũ tu
Gadibus imperiũ extendes. cum victor vtrũqꝫ
Oceanũ vertes: et qua vada ſalſa cadente
Luſtrat phebus equo. quaqꝫ ęquora lãpade prima
Inficit eois aurora euecta quadrigis.
Ut tibi ſi ſacri contingant vatis honores
Qui tua geſta ferat: te nulla obliuia terris
Nulla dies vnqꝫ memori te ſubtrahet ęuo.
Eternũ nec enim factis ꝑ ſecula nomem
Emeruiſſe ſat eſt. cadit om̃is gloria vitę
Omne decus fugiente aĩa. niſi carmina vatũ
Nunqꝫ caſuris mãdent tua nomina chartis.
Quid foret ęneas: belloqꝫ inſignis achilles:
Quid gemini atride: ⁊ patrijs ferus hector ĩ armis:
Ignoti obſchura pridem ſub nocte iacerent.
Hos niſi ſmyrnei canerent p̄conia verſus.
Viue diu cęſar felix. ſpolia ampla tropheis
Parta nouis. domitoqꝫ ferens ex orbe triumphos
Semꝑ cincta geras florenti tempora lauro.

¶ Johanni vitezio veſprinieñ
ac Wienneñ epiſcopo.

Qui cecini placidi per amena vireta ſymechi.
Nunc peto veſpri̅mij rura beata ſoli.
Hic tu dum tetricis laxabis pectora curis.
Ingenioqꝫ reges ſceptra minora tuo.
Ip̄e leues elegos viridi reſupin⁹ in vmbra
Cantabo: ⁊ luſus blande cupido tuos.
Eſto procul fului ſi cui ſitis imperat auri:
Et grauis innumeras archa flagellat opes:
Hortulus. anguſtiqꝫ lares. tenuiſqꝫ ſupellex.
Exiguumqꝫ pecus. maxima gaza mihi eſt:
Me mea muſa beat ſacris bene nota camenis.
Que cupit in laudes ire diſerta tuas.
Forte legens nr̄is manātia carmina riuis
Dices: poſt ianū palma ſecunda tibi eſt:

¶ Vito Roſman ꝑpoſito digniſſimo.

Eſt fateor nitido facies tibi pulchrior aſtro:
Intonſaqꝫ micāt lactea colla coma.
Sꝫ tn̄ iſta tui ꝑs eſt extrema decoris:
Plus multo archana mente nitoris habes.
Te natura parens qualem virtute futuꝝ
Preſtierat. tali finxit in effigie.
Frons ap̄it quod corde latet: tua candida forma
Indicium mentis candidioris adeſt.
Corporis om̄e decus paucis vt floſculus horis
Excidet: aſt animi forma. perennis erit.

¶ Joanni Fuchſmagen ſenatori Regio.

Olim laurigeris fuerat que clara triumphis
Rhoma: meduſeo nunc viduata choro eſt.
Plectra iacent. ſine honore lyre: ſine fronde capilli:
Et gemit auerſa triſtis apollo lyra.
Hoc facit ignaui turpiſſima p̄ſulis aula:
Polluit infectum cetera membra caput.
Approbat hec ſcurras. lenones. ſcorta. cynedos:
Approbat hec ſolito quodlibet ore nefas.
Cerne pios vates tritis errare lacernis:
Et ſua barbarico membra fouere cibo.
Exulat auſonio relegatus phebus ab orbe.
Jam luxum et venerem martia roma colit.

¶ Bernardo perger ſenatori regio.

Sit licet obſcurū denſa caligine celum:
Equoraq; infeſtis exagitent aquis.
Soluo tamen fragilem ſterili de littore nauē:
Inſcius an portū cecave ſexa petam.
Tu dare turbati placidas potes equoris vndas:
Naufragaq; in tuto ponere membra loco.
Jam male nota regas tētantem cerula puppim:
Aſpireſq; meis aura ſecunda vijs.
Noſtraq; p̄cipiti celerantia lintea curſu:
Excipias placido vir generoſe ſinu.

¶ Michali vitezio

Nauita ſolue ratem: zephyros dabit aura ſcdos.
Aura dabit zephyros. nauita ſolue ratem.
Ne pete trinacrij rabioſa pericula ponti:
Hic vomit epotas vaſta caribdis aquas.

Hic quoqꝫ p̄cipites. alterno vortice cymbas
Vexat arenoſis ſcylla ꝓterua vadis.
Ne pete carpatiū veſano murmure pontum.
Hic vbi niliacis vnda tumeſcit aquis.
Herculeoqꝫ fuge ſtangnantis equore calpes:
Nec repete eoi littora rubra maris.
Hec freta ꝑpetuo ventis agitantur iniquis:
Sunt querenda tue mitia ſtagna rati.
Nauita ſolue ratem. zephyros dabit aura ſc̄dos.
Aura dabit zephyros. nauita ſolue ratem.
Mons bromio phebo qꝫ ſacer porrectus in altum
Eminet: ⁊ gemino vertice ſumma petit.
Labitur in medio vitreis fons lacteus vndis:
Bellerophontei fons pede natus equi.
Campus (vbi ęterni nitet indulgentia veris)
Circuit: ⁊ varijs terra benigna comis.
Senguineo ſplendore roſas: rubigine tinctas
Fert violas. ſolo culta ſeges zephyro:
Turba camenarū nitidis colludit in vndis:
Hec ſunt apta tuę mitia ſtagna rati.
Nauita ſolue ratem. zephyros dabit aura ſc̄dos:
Aura dabit zephyros nauita ſolue ratem.
Hec generoſa noui ſortiti ſtagna poete:
Tempora virgineis cincta gerunt folijs
Hic queritur titus lento conſumptus amore.
Triſtia dilecte funera phyllirоes
Hic patriū cōmiſcet aquis ꝑmeſidos hiſtr̄
Janus. meonio doctior ore loqui.
Fontanina comas grato tibi fundit amomo.
Candidior pura carbo poeta niue.

Odaſius veteres cantat reſupinus amores:
  Maternaqꝫ ſacer coſmicus arte viget.
Intonat heroo bellum ſociale cothurno
  Ripa: meduſei plena liquoris equi.
Nauita ſolue ratem zephyros dabit aura ſc̄dos.
  Aura dabit zephyros nauita ſolue ratem:
Cerne tibi. placidis vt ludūt dorides vndis.
  Cum natoqꝫ fauet candida leuchotoe.
Forſan arioniȷ reminiſcens p̄mia piſcis
  Tergora ſubiȷciet ſquamea turba tibi.
Vranie ſpeculatur iter: polhinnia cautes:
  Veliuolāqꝫ regit calliopea ratem.
Ipſe etiā celſa reſidens in puppe lyeus.
  Immittit larga pocula plena manu.
At venus ambroſios fundit de vertice odores:
  Fundit odoratas. cerula nais aquas.
Nauita ſolue ratem. zephyros dabit aura ſc̄dos:
  Expectant cupide cras tua vela dee.

¶ Ad ponticū de breuitate vite.

Pontice q̄m variȷs mutant̄ ſingula rebus:
  Quā ꝑperat volucri vita citata gradu.
Nil homini tutum eſt: rapida mors inuida falce
  Imminet. ⁊ nigris nigra triumphat equis.
O cadit ecce nouo viridantis flore iuuente
  Marcus arionie gloria prima lyre.
Sic rota ſortis erat quid rumpis queſtibꝰ auras:
  Frangitur heu nulla torua megera prece.
Exue iam tetricos vultu meliore dolores:
  Namqꝫ p̄mit miſeros nō leuat ipſe dolor.

¶ L. Joanni cuſpiniano poete laureato.

Jane meos inter ſors non extrema ſodales:
Dimidiũq3 anix iane poeta mex.
O mihi ſi pũjs vitam tranſſigere in agris
Detur. et vrbanã depoſuiſſe togã:
Tunc ego muſcoſis pendentes collibus vuas:
Et legerem facili mitia poma manu.
Aut colerem vitreis labentia flumina riuis:
Gramineoq3 darem membra leuanda toro.
Tunc cantaret hylas. legeret mihi iulia flores.
Julia ſerta daret. plectra moueret hylas.
Altera me teneris ſedet alter necteret vlnis:
Et que pterea plurima nouit amor
Si ſapis. adde merũ. cytharã cape. poſte puellas.
Dum licet. alligero mors ruit atra gradu.
Hanc natura parens ſtabili tulit ordine legem:
Deſinat vt quicquid cepit eſſe ſemel.

¶ Ad eundem.

Mollia laurigeros cũ paſcant ocia vates.
Unde tibi nomen cuſpidis eſſe reor?
Quid tibi cum telo. quid cum mauorte cruento:
Cur pmit aonias cuſpis acerba manus:
Te tractare decet cytharas. mordere labella:
Virgineũ lateri conſociare latus.
Sz terebrare truci quia cuſpide nocte puellas
Diceris. et cunnis vulnera mille dare.
Centenoq3 licet tua cuſpis ſeuiat ictu.
Recta tumet. nullis languida vulneribus.
Hac furis. hac agitas cũctas ſine fine puellas.
Hinc tibi ab arecta cuſpide nomen ineſt.

¶ Nicolao Ruodolffberd iuris licenciato.
Cui neq̃ lectus erat. nec mẽſa: nec artha nec ignis
Nec canis. aut cimex. nec cinis atꝫ calix.
Vixq̃ nates. mediosve tegebat margine lumbos.
Textus lingonica bardocucullus acu.
Nunc tenet iliacis fulgentia tecta columnis:
Et grauis inumeras ſacculus arctat opes.
Sardonicas indos. adamãta. ſcytheq̃ ſmaragdoſ:
Myrrhina. dentis ebur. coccina. marmor: habꝫ.
Vnde habet hec queris: dicat rhamnuſia ſola hec
Diuicias nutu datq̃. rapitq̃ ſuo.

¶ De oliua puella ad deum cipidĩẽꝫ
Blande cupido tuos cum ducis ab orbe triũphos:
Cingat honoratas mitis oliua comas.
Mitis oliua petens exuſta caloribus arua
Neſcit in algenti proſiluiſſe ſolo.
Mitis oliua viget multo durabilis euo:
Sis verus longo tempore durat amor.
Mitis in aduerſo folio paleſcit oliua:
Paleat om̃is amans naſo poeta canit.
Mitis oliua refert placide preſagia pacis:
Abſint bella procul pace fouetur amor.
Quid veneri prodeſt myrtũ ſacraſſe cruentã.
Aptior eſt paphię mitis oliua deę.

¶ De eadem puella.
Solus eram memini ſub tegmie mitis oliuę:
Hic vbi nec ſoles nec lenis aura nocet.
Veniſti et placida contectus ab arbore: nymbos
Spernis. et hyberni frigora ſęua poli.

Non ſatis eſt oleis iam veſci dulcibus audes:
Que miſero fuerant potus ⁊ eſca mihi.
Deſine ſi pudor eſt nẽ decerpe oliuę
Poma: vel ipſe legã quod tua ficus habet

¶ Ad feneſtrã ſuę puellę.

O votis male fida meis inuiſa feneſtra.
Quę dñę celas lactea membra meę.
Te celeres tineę vel te carioſa vetuſtas
Rhodat. ⁊ inmdo ſis quoqꝫ fęda ſitu:
Te rapido boreas frangat ſcelerata boatu:
Teqꝫ petat denſis nubilus auſter aquis.
Imprecor hec merito nam blandas ſepe querelas
Spreuiſti: ⁊ lachrymas ſurda feneſtra meas:
Tu feritate refers dominaꝫ: tibi parco feneſtra:
Senſus ineſt domĩe. non tibi ſenſus ineſt.

¶ A Egidium delphicam:

Egide palladię manus rſt armata minerue:
Cum vocat audaces infera bella viros
Egide ſaxificis violenta meduſa capillis
Cernitur. ⁊ diro ſibilat angue caput:
Ergo dabunt hec monſtra pio lacrimabile vati
Nomen. et egidium fama maligna canet:
Nomen achymenio quod pagina tincta veneno
Ut notet inferno littera ſcripta lacu:
Sint procul a ſacro fera gorgonis ora poeta:
Nec premat imbelles egis iniqua manus.
Quiqꝫ ſuo tociens celebrauit carmine delphos:
Viuat felici delphica dictus aue.

¶ Ad Nanum Mentulatum
Parua manus. digitiq; breues. et colla minuta.
Et par eſt tereti gurgulione caput.
Venter formice: teſtudinis ora, geneq;.
Et corpus minimo eſt pumilione min⁹.
Sz tamen hectorea tibi mentula longior haſta
Turget. et inflato vertice ſemper adeſt.
Quā bene cōmiſit, ſolers natura. negauit
Qd reliquis membris: mentula ſola tenet.
¶ Raymūdo Cardinali curcenſi
Optate veteris iani venere kalende:
Inchoat exactū lubricus annus iter.
Plurima nūc totam mittunt dona p vrbem:
Munera quiſq; ſui grata ſodalis habet.
Accipe pyerios redolentia carmina fontes:
Carmina caſtalio non male nota choro
Tu licet et gēmas. et fului grata metalli
Dona feras: noſtris dona minora feres.
Miſit roma potens gēmas oriente petitas
Auguſto: clarias ſed maro miſit opes.
Nunc longo ꝯſumpta iacēt tot munera ſeclo:
At quis non ſacri dona maronis habet:
¶ In Mathonem
Neſcio que tua ſint matho tetrice fata: ſed illa
Miror et admiror deficioq; ſtupens.
Euadit quiſquis te vult cantare poeta:
Muſa alacris ꝓperat ſponte: rogata nihil.
Ridet qui ſenio torpet rídetq; iuuenta.
Et pueri naſum rinocerōtis habent.

lyo
ne q d nime
poeta
lance pyr auri

Ipſe furis queritqꝫ tibi parnaſu s: ineptis:
Crede mihi nunqꝫ par tibi naſus erit:

¶ Joanni Burgèr ſodali ſuo

Quid mihi horontea crines ꝓfundere myrrha:
Aut iuuat attalico ſecubuiſſe thoro.
Inſanus ſi ſequit amor: ſi dura puella.
Me negat in molli velle fouere ſinu.
Non mihi lux grata eſt. nec noctꝭ amicior vmbra.
Omnia nam triſti tempora felle madent.
Me gelide nubes: caniſqꝫ armata pruinis
Bruma videt. dura ponere corpus humo:
Sub ioue nudus ago ripheꝫ frigora noctis:
Et miſer occluſis excitor in foribus
Excitor in foribus: ſanctū quoqꝫ limen adoro
Quod tetigit tenero chara puella pede.
Amplector niueo rigidos pro corpore poſtes:
Et dominā demens fingo tenere meā.
Oſcula do foribus tanqꝫ ſit ſenſus in illis:
Molliat vt greſſus ianua ſurda meos.
O vtinā in caro vitam quoqꝫ limine ponā:
Et domineꝫ ante fores buſta ſepulta cubent.
Noſtra eteni quiſquis tranſibit funera. dicet.
Qui iacet hic teneri miles amoris erat.

¶ Ad Juliā puellam de hyeme.

Frigidus ethereas iam ſpargit aquarius vndas.
Et leo ſtangna petit.
Jam glacialis hyems rapidis circundata ventis
Frigore nectit aquas.
Non ſolito rutilant gemmātia ſigna nitore.
Nec vaga luna micat.

Fuſca nec albentes pingunt violaria campos:
Sub niue terra latet.
Garrula torpet auis. concretis clauſa ſub vndis
Squamea turba latet.
Preſcia ꝯpleuit tenues formica latebras:
Gaudet apiſqꝫ fauo.
Non ſolitas cõplet merẽs philomẽa querelas
Flet neqꝫ mater itym.
Pro zephyris gelidus boreas ⁊ nubilus auſter
Regnat: et eurus atrox.
Vernali gelide veniũt pro rore pruinę
Sithonieqꝫ niues.
¶ Scilicet alternis mutantur ſingula rebus
Omnia ſors variat.
Et tamen alligeri tedis incendor amoris
Nec dat amor requiem.
Sed magis atꝫ magis miſerũ ꝯburit amãtem
Durus et aſper amor.
Qui genus om̃e cupit penaꝝ ſcire: ſequatur
Caſtra cupido tua.
Julia non ſolito vernantia prata colore:
Nec micat herba comis.
Non violę molles: non alba liguſtra vireſcunt:
Purpureęve roſę.
Sic tua forma decens longo viciabitur ęuo
Que cito lapſa fluit.
Hora fugit volucris: celeri pede labitur ętas.
Lapſaqꝫ non remeat.
Quiqꝫ hodie tanto letatur honore ſuperbus:
Cras erit ille nihil.

Nunc gaudes primo florentis vere iuuentę:
Vtere rene tuo.
Et dum fata ſinunt. fugientibus vtere donis.
Que reuocare nequis.
Collige virgo roſam: que ſi non tacta ꝑibit:
Sola relicta gemes.

ℭ Valentino Krauß medico

Non mihi ſanguinei rabies mauortis ⁊ ira
Falciferi ve nocet frigida ſtella ſenis.
Nec qui p̄cipiti delabitur igne cometes
Dum fera terribili nunciat arma iuba.
Vulnera mitrate formido ſola cohortis:
Vulnera non medica ꝯſolidanda manu:
Sꝫ mihi ſunt vires. animiqꝫ ad bella feroces
Noſtraqꝫ vipereo tela cruore madent.
Vos modo marticole fidiſſima turba ſodales.
Fortiter ad bellum ꝑgite: ſigna canunt.

ℭ Michaeli vitezio

Blandus amor faciles nobis iam ſuggerit alas:
Jam mitem ambobus ſe dedit alma venus.
Eſt tibi flauus hylas ardor: mihi fuſcus iollas:
Jlle tibi ſenſus abſtulit. iſte mihi.
O quociēs poſui (dulce eſt meminiſſe maloꝝ)
Ante fores dura flebile corpus humo
O quociens vacuo proſtratus vterqꝫ cubili
Noctem ꝑpetuis traximus in lachrymis
At nunc delicijs fruimur ſine fine beatis:
Ducimus optato tempora colloquio.

Oſcula carpunt: lepidi cantantur amores:
Tractant̃ facili dulcia plectra manu.
Quod ſi perpetuo maneant hec gaudia nobis:
Spernamus superi tecta ſuperba iouis:

℄ De hyla ad pomponiũ letum:

Vt flos impreſſo languet ꝯtuſus aratro:
Vt riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Sic mihi ſordet hylas vitio pollutus iniquo.
Et penitus toto decidit ex animo.
Decidit albus hylas. fuſcus ſucceſſit iollas:
Hic ſolus noſtro dignus amore fuit:
Eſt aliquid libaſſe ſimul per meſſidos vndas.
Muſarumq; chorꝰ applicuiſſe manũ.
Languet amor teneræ quem iunxit gr̃a formæ:
Quem peperit virtus alma: perennis erit:

℄ Ad Juliam

Juro per horrende ſtagna intemerata paludis:
Juro per igniuomi tela triſulca iouis.
Juro per intacta natum de virgine chriſtum:
Juro per angelici numina magna chori.
Qꝫ te plus oculis. plus ipſa diligo vita.
Et nihil in toto gratius orbe mihi eſt.
Si fallo titij carpãt mea membra volucres:
Teſiphone rapidũ torreat igne iecur.
At. ſi vera loquor: veneris rogo numina ſupplex.
Vt fruar amplexu nocte dieq; tuo:

℄ Ac Corneliũ vitellium

Barbara gens latio nunq̃ꝫ ſaciata cruore.
Cui fera vipereum torquet precordia virus:

Jam cupit vnanimes armare inbella ſodales.
Sed fruſtra. nam celſa prius ſtyx abluet aſtra:
Et tarteſſiaco remeabit ab ęquore titan.
Quā ſubeant aīm corneli obliuia nr̄m
Te ſine nulla mihi queretᷣ gloria: nullus
Te ſine ſurget ho nos. iuuenes domꝰ vna tenebit:
Vna ſenes. noſqꝫ vna duos teget vrna ſepultos:

ℭ De Annulo celato

Exemptā media de palladis egide dicas
Gorgona: quā paruo claudit in orbe lapis
Tam ſimilis nō ipa ſibi eſt: ſe forſitā olim
Vidit: et e ſpeculo ſaxea facta ſuo eſt.

ℭ De domo ſua:

Alcide ſacrata domus. procul omnis abeſto
Femina: caſtus hylas limina nr̄a petat:

ℭ Gabrielis gritrater iuris licentiato

Grata ſalutiferi cęlebras dum balnea fontis.
Hic vbi. ꝯſpicuis membra fouentᷣ aquis.
Si bene te noui. tenero ſuccumbis amori:
Amplexuſqꝫ tenet nympha beata tuos.
Et modo anhelanti dare dulcia baſia lingua:
Nuncqꝫ latus lateri ꝯtinuaſſe iuuat.
At cum terribilis turgeſcunt ora priapi:
Inſeris aſſiduis vulnera vulneribus.
Hęc eadem ſocij faciūt. calor omnibus idem:
Saguinco geritis bella cruenta toro.
Sitqꝫ licet canus pulchras leonardus amicas
Optat: a crapula qui ſibi nomen habet.

Hec mihi ꝓpoſitus mira grauitate verendus.
Rettulit. obſtenos nō amat ille iocos.
Viue tñ felix nec mollibus abſtine cunnis:
Interea et balbi ſit tibi cura tui:

Ⅽ In bartholdū britanū ſuperbū

Sis licet vſq̄ pius. medtocri ⁊ ſorte beatus:
Non tñ hec grauitas vſq̄ ferenda tua.
Jam grauis es phebo. grauis es barthold e lyeo:
Et tua parnaſus pondera ferre nequit:
Non honor es. ſed onus ſacris bartolde camenis:
Cum tua ventoſo pectore membra quatis.
Ore chimera truci vix tanta mole mouet̄:
Aut inter ſiculas dux polyphemus oues.
Quid loquor heu demens ſolers natura britannū
Effinxit tanta cum grauitate? bñe eſt.
Vt ſi feſſus athlas collo nutāte laboret:
Suſtineas humeris aſtra deoſq̄ tuis:

Ⅽ Jo. vitezio veſprimieñ ac wienneñ epō.

Vnde rear ſacrum pſul mitiſſime fontem
Proſiluiſſe nouo per loca culta ſinu?
Frigidior geticis elabitur vnda pruinis:
Purior electro candidiorq̄ niue.
Circum prata virent zephyro ꝯtenta colono:
Et varie dulci voce querunt̄ aues.
Colludūt placidis madido pede naiades vndis:
Naiadumq̄ natat crimine raptus hylas.
At pharetratus amor geminas hic abluit alas:
Et ſedet in viridi margine leta venus.

Feſſa diana tñ variarū cede ferarum
Cū venit. his poſita veſte fouetur aquis.
Blanda cohors ſatyrum leuibus ꝯmixta napeis
Ludit. et arentem pellit in amne ſitim.
Quin etiā ſacre ꝯtempto helicone camenę
Nec ꝑ caſtalio pocula fonte bibunt.
Vt reor euerſa formoſus aquarius vrna
Has tibi de ſupero vertice miſit aquas.

In Paulum piſcatorem

Pauper eras (memini) venata piſcator in vrbe
Nigraq; ab ethiopo ſtygmata ducis auo.
Sz vaga ſors luſit pario colis atria muro
Structa ⁊ centenus iugera taurus arat.
Pone tñ rigidos faſtus. nec ſanguine natū
Patricio aut priſca nobilitate putes.
Nam ſors regna poteſt gēmas dare. fulua metalli
Pondera: vile genus nobilitare nequit:

Bartholomeo modruſio
conſiliario regio de diuitibus

Quiſquis es auratos tribuit cui lydia fontes:
Cui tagus eoas pandit opacus aquas.
Dolia cui veterem ſpumāt redolentia bachum:
Niliacoq; nitet rure benigna ceres.
Cui ganymedeos tribuit ſors leta miniſtros:
Et miſſileum virga gubernat equū.
Regna dee metuas dubio pendentis in orbe:
Cuius agit celerem ventus ⁊ vnda rotam.
Quiq; mydam ſupas opibus creſumq; beatis.
Pendula ſors currum ſi rotet hyrus eris.

¶ De ochulis Julie

Dicite cui veſtrũ ſuperi ſua lumina deſint?
Subripuit diuis lumina noſter amor.
Qualia non tenuit quondꝫ iunonius ales
Nec ganimedea talia fronte micant.
Hinc mouet arma venꝰ: languẽteſqꝫ excitat ignes
Spiculaqꝫ hinc acuit: hinc volat acer amor.
Nil mirere caret cęcus ſi luce cupido.
Lumina donauit cara puella tibi.

¶ In Arnoldũ pardonem.

Deſeris adriacos celeri pede pardo penates:
Iam cito natalis cura relicta ſoli eſt?
Nec te lar patrius: nec te pia mater euntem
Detinuit: fratrũ gratia nulla fuit?
Quanta tabernaꝝ ſtrages: q̃ꝫ multa bibunt
Pocula: ficedulis quanta ruina venit.
Te reor antiquo maiora alimenta furori:
Stulticieqꝫ aliquid acumulaſſe noui.
Crede mihi veteris vera eſt ſententia dicti:
Qui fuit hic omni tempore ſtultus erit:

¶ Joanni Crachenberger regio ſacretario

Clare poeta meo creſcentes pectore flãmas
Inſpice. et optatam ſi potes afer opem:
Pene puer fuerat cũ balbus amore periret:
Jam vir barbarico balbus amore perit.
Quid faciã mihi nulla patent ꝯmertia lingue:
Nec latios nouit cara puella ſonos.
Non mihi diuicię. nec opes preſtant̃ auitę:
Per quas ſepe feroꝝ ꝯciliatur amor.

O vtinam ꝓperet mihi fila nouiſſima cloto
Soluere. et etatis ſit breuis hora meę.
Nec mea ſolemni ducantur funera pompa:
Inſcriptis tophus ꝯtegat oſſa notis.
Me veneti genuere lares. formoſa wienna
Abſtulit. agn oui carmina. iura. polos.
Cum tociens peream tociens ꝯburar ab igne:
Vna ſolus ſupereſt poſſe perire ſemel.

¶ Luce Schniczer cõſiliario regio.

Ingenij ſolers. ⁊ rebus natus agendis:
Candida qui clarę nomina lucis habes:
Si ſapis aſſiduo madeant tua tempora bacho:
Semper ⁊ in letis ocia rebus age:
Falſa ſuperſtitio longũ durata per euum:
Credere tartareũ ſontibus eſſe locum:
Quid ſtyga q̃d lemures. quid iani a regna timem⁹?
Cur animos torquet fabula vana pios?
Cum primũ varias ſumſere elementa figuras.
Fixum erat. inmenſo quicquid in orbe fuit:
Fata immota manẽt. parcaꝝ immobilis ordo eſt:
Et nihil ęterna conditione vacat:
Sit tibi vita alacris caſta cũ coniuge. ⁊ ambos
Natorum cingat pulchra corona ſenes.

¶ Magno de honberg iurꝭ ꝯſulto peritiſſimo

Magnus es eloquio. legũ quoqꝫ dogmate magn⁹.
Hinc menſura tui nominis eſſe reor:
Sume patrociniũ ſacri laudabile vatis:
Cui rabido lattat turba canina ſono.
Iſta bonę fidei. ſeu dicitur actio. ſiue
Nobile ſelecti iudicis officium:

Siue interdictoꝝ ſit genus: vnde repulſus
Vi fueram: proprio reſtituiſſe loco.
Magna peto: claria ſed quis te maior in arte?
Iuſta peto: quis te iuſtior alter adeſt.

¶ De deo ſomno

Somne quid oppreſſos pueri ꝓfundis ocellos.
Candidaqꝫ infuſo membra ſopore grauas.
I procul atꝫ toros agita ſine amore tepentes:
Longeuiqꝫ petas frigida membra ſenis.
Te propter iuncti tociens ſoluunt̃ amantes:
Te propter veneris federa rupit hylas.
I procul. aut pueri ſi te quoqꝫ gaudia tangunt:
Blandus amor dederit cum ſua dona. veni.

¶ De Lucifero ad wolfgangū ſackh

Lucifer alme veni noſtros viſurus amores
Cum iubare aurato lucifer alme veni
Cum primū eoo rutilabit phebus ab axe
Noſtra verecundus tecta ſubibit hylas
Phebe nimis ceſſas: quid gaudia nr̃a moraris?
Phebe veni: vatis. ſi tibi cura tui eſt.
Sed tñ̄ ebalio fac ſis contentus amore:
Ne boreas noſtrū ſeuiat in puerum.
Tuqꝫ aurora veni prima ſaciata rapina:
Pro cephalo vereor ne rapiatur hylas.
Heu heu naſcēti non cedit cynthia phebo.
Cyntia formoſum cernere gaudet hylam
Improba luna late medijs emerſa ſub vndis:
Neu rape quod noſtris charius eſt oculis.
At tu blande puer media vel nocte venito:
Purior eſtiuo nox erit illa die.

¶ Leonardo wulffing Wien-
neñ. officiali digniſſimo

Accipe facunda quos ſcripſit voce libellos:
Gloria romani tullius eloquij.
Pigra ſoporifere fugias quibus otia lethes:
Et releues curas cum cicerone graues.
Munera parua quidẽ magnũ ſed cernis amorem:
Omnia precipuus munera vincit amor.

¶ Ad candidam puellam

Candida candentes inter numerãda columbas:
Candida candenti ꝓſpicienda coma.
Candida dextra tibi ẽ. frons cãdida: cãdida ceruix
Candiduleqꝫ manus candiduliqꝫ pedes.
Collum vincit ebur. vincũt chryſtalla lacerti:
Vincunt candentes lilia cana genę.
Phebeus tibi cedit holor. ceduntqꝫ pruinę:
Cedit erithreis eruta gemma vadis.
Sed niger eſt cunnus. nigrorũ eſt ſilua piloꝝ.
Hoc niſi te ledat candida tota fores.

¶ Simoni vngerſpach Theſau-
rario generali ac ſenatori regio.

Aurum bella gerit. mucronibus imꝑat aurũ:
Aurum ventoſis vela dat equoribus.
Euertitqꝫ vrbes ⁊ menia diruit aurũ:
Delet et extructis oppida celſa rogis.
Tolle aurũ nullę viciantur in orbe puellę:
Tolle aurum nullus peccat in orbe puer.
Aurum igitur ſi quis nobis ſimo maxime donet
Carminibus noſtris aurea vena foret:

¶ De Lilio regis francie ad Raymundum Cardinalem curcenſem

Roſas immitis populatur etas.
Aureas frondes iouis ira ſeui
Delet momento: fragiliſq; ceſſat
Gratia florum.
Sed fortis rupes hiemis furorem
Vincens: et morſus properantis eui:
Seruat (o mirum) peritura nullo
Lilia ſeclo.
Nuſq; formident aquilonis atri
Flatus. nec miſſas reſonante celo
Grandines: forti modo ſi tegantur
Lilia rupe.
Hanc colit phebus poſita pharetra:
Comaſq; vincte leuibus corollis
Gratie molles: faciliſq; dempta
Egide pallas.
Hanc nec irati rabies tonantis
Vexat: nec fluctus maris eſtuoſi.
Hanc cauēt hymbres. metuūtq; ſeui
Ledere nymbi.

¶ Argumentum egloge
Balbus inops fluctu crudeliq; obrutus auſtro:
Confugit ad tute munimina fortia rupis.

¶ Guillermo de Rupe forti sereniſſimi regis francie Cancellario carmen bucolicum: interlocutores. Poeta: Coridō: Alcon: Itac⁹

Poeta

Gramineę corydon proiectus margine ripę:
Sequana labenti qua flexilis obſtrepit vnda
Aeſtus vicini pellebat fluminis aura.
Obuius ecce venit. puer itacus ⁊ puer alcon:
Voce pares. forma ſimiles. natalibus iſdē.
Jlle gregis cuſtos. huic horti cura feracis.
Qui ſua cōmuni merentes fata querela
Captabant calamis duri ſolatia caſus.
Hos corydon (nec enim carmen triuiale ſonabāt)
Nouit. et o pueri quis vos deus (inquit) acerba
Sorte p̄mit: leuoq; obducit nubila vultu?
Veſtra quidē merito iam vos deſignat honore
Fiſtula: quę toto reſonat dulciſſima pago.
Finierat. querulo ſic alcon incipit ore.

Alcon

Mille ſub euganeis paſcebā collibus agnas:
Matribus a totidem (culmo cū mitis hirundo
Figit opus) niueas demebā forcipe lanas:
Quid memorē: numeroſa meis vt buccula ſeptis
Clauſa. ſuperfuſo replebat cymbia lacte?
Nonus ab vndecimo mihi iam ſucceſſerat annus:
Ecce autem vellens dixit ruralis apollo.
Linque puer ſalus et ouili cede vetuſto:
Laurigereq; veni ſub amena cacumina rupis.
Vt veni. vt iacui. vt me mala preſſit egeſtas.
Nec ceſſare ſacro licuit ſub tegmine rupis:
Nunc vagor alitibus per deuia rura ſiniſtris.
Proh dolor hyberna ieiunia pellere quercu
Cogor et e duris excipere mora rubetis.

Itacus

Me quoq; ſors eadem pegrinum viſere cęlum
Compulit: ah patrij neglecta eſt glarea ruris:

Glarea parua quidē. multis ſed fertilis herbis.
Hic olus ⁊ tardos acuens heruca maritos:
Capparis. ignauoq; rumes placitura palato.
Et lactuca recens: teneris et braſſica fibris.
Nec ſaturcia fauis. nec menſe ingrata ſinapis.
Hic virides apij crines. ⁊ olentia late
Serpilla: ⁊ lybyci genitalia gramina bulbi.
Quin etiam arboreos fetus mihi cura tueri:
Federibus blandis varios miſcere ſapores
Suetus. adoptiuaq; nemus ꝯfundere gēma.
Sic ſecura quies faciliſq; ex arbore victus
Semꝑ erat: dapibuſq; famem ſolabat inemptis:
Nunc me gramē inops citiſi lachrymoſaq; paſcit
Cepa leuoq; ſitim cenoſi gurgitis vnda.
Corde fugate metum pueri: ſedare dolorem Coridon
Diſcite: et afflictis nunq̃ diffidere rebus.
Vidimus obſcuros denſa caligine nymbos:
Poſt tamen arriſit puri clementia celi.
Et licet vſta ſeges ſiliquis fallacibus olim
Agricolas ludat: licet interuerſa malignum
Gleba ferat lolium: ſteriliſq; albeſcat auena.
Sepe tñ letis flaueſcit campus ariſtis.
Nunc operep̄cium eſt dulces inflare cicutas:
Forſitan audita rupes miteſcet auena.
Carmen et irati rabiem compeſcere fluctus
Creditur. et rigidas deducere montibus hornos.
Orpheus infernos placauit carmine manes:
Amphyon ſilices mouit. delphinas arion.
Ergo agite alterno diſtinguite iubila cātu.
Alcon primus erit tu ꝓximus itacus ibis.

Alcon Omniparens tellus. ⁊ rerū iupiter auctor
Quiqꝫ tuo ſignas labentia tempora motu
Phebe pater: rebuſqꝫ potēs venus alma creandis:
Et montana pales et paſtoralis apollo :
Ferte pedem. votiſqꝫ meis ſpirate ſcd̄i.
Vt fruar optate forti munimine rupis .
Quiqꝫ petat quod amat nos ſola rupe fruamur.

Itacus Nymphe ruris honor driades: queqꝫ antra napeę.
Queqꝫ ſecāt liquidas madido pede naiades vndas
Et redimita comas leuibus pomona corymbis :
Siſtite me forti (ſi qua eſt clementia) rupe .
Vobis victor ego noſtro de rure quotannis
Primicias: mixtiſqꝫ dabo pia thura corollis .
Quiſqꝫ petat quod amat nos ſola rupe fruamur.

Alcon Cernite triſte pecus corroſis tabida membris
Vt ledat ſcabies. ⁊ lento puſtula virus .
Non leuat helleboꝝ. nec amaro ſulphura nitro :
Naricie ve pices. lenta ve bytumen amurca .
Si pecus hoc rupes ſub amena ꝓtegat vmbra
Jam fetura gregi ſuperabit lęta ſalubri.
Quiſqꝫ petat quod amat. nos ſola rupe fruamur

Itacus Quamuis ſiccus ager ſicientibus eſtuet herbis
Rupe ſub hac placidi nitet indulgentia veris :
Quā matuta parens viridanti gramine veſtit :
Spargit odore venus: pingit dea flora colore.
Palleſcunt violę. rutilo roſa purpurat oſtro .
Alba liguſtra micant. flauet coma lutea caltę .
Quiſqꝫ petat quod amat. nos ſola rupe fruamur:

Alcon Rupe ſub hac fauniqꝫ colunt ſatyriqꝫ bicornes.
Leneuſqꝫ pater. phębo parnaſia rupes

Grata minus. minoꝛ eſt grinei grã ruris:
Hic pax. atqꝫ fides. ludit cum tigride dama.
Lambitur agna lupa. feritas non aſperat vrſos.
Nec latet occulto ſerpens armata veneno.
Quiſqꝫ petat quod amat. nos ſola rupe fruamr:
Populus hic albet. platanus viret. apta dione Jtacus
Myrtus fructificat: phębeaqꝫ germĩat arbos:
Has celebrat frondes: et amicas vatibus vmbras
Quicũqꝫ aonio ſua proluit oꝛa liquoꝛe.
Terrenoſqꝫ iterũ ſi tityrus induat artus
Hanc coleret felix contempta amaryllide rupem.
Quiſqꝫ petat quod amat | nos ſola rupe fruamur.
Dulce quidẽ canitis. nec vos bonus odit apollo. Condon
Auguroꝛ o pueri flatu leuis aura benigno
Spirabit. meliuſqꝫ feret ſoꝛs mobilis euum.
At nunc iocunda laxemus ſeria menſa.
Sunt mihi namqꝫ nouo compacta coagula lacte.
Nec fumoſa carent ſicco carnaria tergo.
Sunt pira. ſunt longa pendentia mala geniſta.
Ficus. et exigua veſtita cidonia lana.
Et iam ſudantes referũt iuga feſſa iuuenci:
Nubila denſant̃. reuehitqꝫ crepuſcula veſper:

¶ Joanni Khaltñmargkhter
ſacre paginę. ac iuris doctori:

Vt dubitat quo flectat iter quibus erret in vndis
Nauis ab aduerſis exagitata notis:
Sic mea per varias rapitur ſententia partis.
Dum cupio dotes concelebrare tuas:
Tu logice nodos: obſcuraqꝫ enigmata ſoluis.
Et tibi dat ſummũ philoſophia decus:

Tu rapidos ſolis curſus. anniqꝫ meatus
Noſcis ⁊ ętherę ſydera cūcta domus:
Tu gemini calles numeroſa volumina iuris:
Quicquid ⁊ humanū ſcit reſerare genus:
Nec virtute minus. morū. et candore probaris.
Antiquū excedis relligione numam:
Inte ego quid pocius mirer? vireſne capacis
Ingenij: ſanctas an probitatis opes?
Laude ſed humana tollenda eſt ſcientia. virtus
Celleſti dignū te tua laude facit:

¶ Georgio Elocher ſenatori Regio

Qui tiryros vexit ſpumoſa per equora raptus
Candida phebeis cornua iunxit equis.
Squallida fugit hyēs: zephyri rediere ſecundi.
Sub trabe nectit opus nuncia veris auis.
Ridet ager. veſtitur humus: veſtitur ⁊ arbos.
Induit herboſum terra benigna caput:
Sic rutile noſtro creſcūt in pectore flammę.
Atqꝫ vrit pectus ſęua puella meum.
Noſtra tñ maior flāma eſt: nā cornua tauri
Menſe calent: ſemper pectora noſtra calent:

¶ Bartholomeo ſtaber medico inſigni.

Docte machaonio morbos expellere ſucco.
Nec minus optati viribus eloquij:
Amiſſas reparas male ſano in corpore vires.
Ingrediturqꝫ nouus egra per oſſa vigor:
Tu reuocas manes acherontis ab orbe remiſſos.
Pluto dolet luſus. luſa megera dolet:

Frangere cũ properet iam fila nouiſſima cloto:
Jungis adhuc vacuę ſtamiã longa colo.
Aſpice vt ęſtiui correptus ſydere morbi
Expectem tetricas in mea fata deas:
Vt mihi ſuccurras ſtudij cõmercia poſcũt:
Vatibus ⁊ medicis vnus apollo fauet.
Si mihi parta ſalus. veluti phlegethontis ab imis
Sim reuocatus aquis. virbius alter ero:

¶ Paulo Wingartman amico ſuo

Deſine mirari nr̃orum irriſor amorum.
Si rapuit ſenſus iulia cara meos:
Hoc faciũt niueo radiantes fronte capilli:
Labraq; peſtanis inuidioſa roſis:
Hoc faciũt minio vultus. et lacte decori:
Collaq; ſithonia candidiora niue.
Hoc faciunt oculi. phębei ſigna nitoris
Qui retinẽt: oculi ſydera bina mihi:
Hanc propter dulces contemnis iache liquores.
Deſeris. hanc propter gramiã. flaua ceres.
Jllius agreſtes flectuntur amore myrice.
Jllam etiã fontes. et nemus om̃e colit:
Jllius et quercus. et cedũt ſaxa figure.
Jlla feras. homines. ſubiugat illa deos
Ergo meos tandẽ mirari deſine amores:
Mirum eſt in tanto ſi grege balbus amat:

¶ De Jure ciuili.

Sęue draco. facunde ſolon. generoſe lycurge:
Vos ſequor. a vobis nullo diuellar in ęuo.
Prima pharetratos ętas ſat luſit amores:
Frango chelym. numeroſq; leues. ⁊ ludicra pono

❡ Mihaeli vitezio.

Dulcia pelignū redolent tua carmina nectar:
O mihi horeſtea iunctę poęta fide:
Et tibi phębus adeſt. et adeſt ſacra turba ſororū.
Seria ſiue velis. ſiue iocoſa ſequi:
O dilecta deis. o feliciſſima tellus
Inqua tu fauſto ſydere progenitus:
Per te pannonium migrauit phębus in orbem.
Myrtus et aonijs defluit iſter aquis.

❡ Michaelis vitezij ad reuerendiſſimum dn̄m Jo. viteziū ep̄m veſprinen̄. ac wiennen̄. elegia

Pontificale decus: noſtro memorabile ſeclo:
Accipe vitezij munera pauca tui:
Horrida grandiſono canat alter bella cothurno:
Martia quę gallo roma ſub hoſte tulit:
Fraternaſue acies. et notos cede philippos:
Et ptolomeeo funera facta ſolo:
At mea muſa tuas numeroſo carmine laudes
Dictet. in ęquali conſpicienda pede:
Mox te grandiloquo referam (mō vita ſuperſit)
Carmine: ſmyrneo ꝯcomitante choro:
Os tibi mite quidem: ſed pectus. mitius ore:
Non alia antiqui forma catonis erat:
Supplicibus facilis. tumidos ſcis vincere: felix
Cui datur ex om̄i noſcere vera loco:
Quanta ſerenati radiat clementia vultus.
Nec quiſq̨ a miti principe triſtis abit:

Sic titus orbis amor romane gloria gentis
  Audiſt a populo vota petita ſuo.
Docta maroneo tu proluis ora liquore:
  Eloquijq; nitent flumina larga tui:
Sacrarũ noſti numeroſa volumina legum.
  Jura quidem memori pectore cuncta tenes.
Nec te terſiten. pocius ſed neſtora dicam
  Qui bene tam nouis. tam grauiterq; loqui:
Hinc tibi ſacrarum regum preſtant̃ habenę.
  Omniaq; arbitrio ſtantq;. caduntq; tuo:
Nec nocuit fortuna tibi. ſed victa pudore
  Se facilem tanto prebuit illa viro:
Sint alij certe terrena labe creati.
  Te liquet ęthereo ſemine progenitum.

¶ Ad Pomponium letum
preceptorem ſuum epiſtola.

Nil mirere meę diuturna ſilentia muſę
  Pomponi: latię gloria prima lyrę.
Nam modo ſacra tuo qui proluit ora liquore
  Pannon: barbarico nunc leuat amne ſitim.
Jlle pius vates. puriq; heliconis alumnus
  Heu iacet arctois qua furit iſter aquis.
Proq; helicone bibit cenoſi gurgitis vndam
  Aut vbi limoſis rana coaxat aquis:
Non caput hoc laurus. ſed funere rapta cupreſſus
  Cingit. et e ſtygijs eruta taxus aquis.
Strata licet gelidis ſumechia rura pruinis.
  Veſprimijq; colam iugera culta ſoli.

Te ſine nulla dies. ſine te nox nulla futura eſt:
Fixus eris cordi ſemper amice meo.
Rexiſti tenere tu fortia lora iuuentę.
Te duce caſtalio merſimus ora lacu.
Si uiolaſſe tuę videor data fędera dextrę.
Da veniam: ſęuus id mihi iuſſit amor.
Qui tolerare famem: duros tolerare labores
Cogit. et immiti viuere ſeruitio:
Noſtra adamanteis deuinxit colla cathenis.
Et regit ad nutum pulchra perylla ſuum:
Nec ſinit vt repetam ſeptenę męnia romę.
Menia iudicio ſemper amata meo:
Quod ſi forte ferox laxet ſua vincla cupido.
Vt fracto ducam libera colla iugo:
Ad te parrhaſio veniā veſtitus amictu
Et ſummo lapſus credar adeſſe polo.
Et tibi dona feram gelida collecta ſub arcto.
Dicam pomponi munera parua cape.
Dona ſerenato quo conſpicis omnia vultu
Accipies meritis dona minora tuis.
Deuehat hāc niueo ſignandā vellere lucem
Quam primū eois lucifer albus equis.

❡ Ad Jo. baptiſtam caluū
ſodalem: epl'a loquitur.

Junctus amicitię ſtabili tibi fędere. et idem
Tecum caſtalios ſuetus adire lares:
Mittit ab arctoo quam mallet ferre ſalutem
Vertice: et armata verba notata manu:

Ille quidem gelido cunctatur in orbe. ſed adſum
Littera ſermonis fida miniſtra ſui.
Crede licet gelidos boreę colat ipſe receſſus.
Aut vbi ſtat rapido zona peruſta polo.
Non tamē vlla tui venient obliuia vultus.
Decidet ⁊ nullo tempore lapſa fides.
Illū etiā in cineres cum mors mutauerit atros
Inmemor haud meriti eſt vmbra futura tui:
Grande putat meritū ꝙ cū comitatus eūtem es
Sparſeris indignas hymbre fluente genas:
Grande putat meritū peregrino ſolus in orbe
Vt tuleris promptā cum foret eger opem:
Vt reliqua omittam: quid agat ſi forte requiris.
Deducat ve quibus tempora lęta iocis.
Ille nec aonidū per amena vireta ſororū
Ludit. honorato nec leuat amne ſitim.
Proh pudor indulget dapibus: bromioqꝫ furenti.
Sic iubet arctoo terra ſubacta polo:
Non ibi diligit̄ niſi qui cratera profundū
Siccat. et annoſo pocula plena mero:
Pannonij poſuere truces ſolacia largo
Nectare vel ludis. perpetuoqꝫ cibo:
Talibus inuigilant rebus nocteſqꝫ/dieſqꝫ.
Quos inter ſocius cogitur eſſe tuus:
Non choreę/ cantuſqꝫ iuuāt. non plectra lyreqꝫ:
Abſunt delicię roma beata tuę:
Barbara perpetuo vexant̄ tecta duello:
Et graue muralis machina pulſat onus:
Tela cruore madent. albeſcūt oſſibus arua.
Pax nullo eſt miſeris. tempore nulla quies.

Cur nec adhuc redijt mirū fortaſſe videt̃.
Non tenet hunc blandis culta puella iocis
Cynthia crudelis procul eſt. procul ipſa camilla.
Eſt criſtilla procul. eſt procul orca fera:
Non eſt hic lenas. non hic immitis iolla.
Nec ſua que rapuit pectora phylliroe.
Dulcia nec flagrant vibrantibus oſcula linguis.
Morſa ue candidulo dente labella tument.
Proh dolor ille ſacer volitantis luſor amoris
Nunc gerit audaci pila cruenta manu.
Caſtraq́ꝫ barbaricis ſequitur fulgentia ſignis:
Nec trepida raucas ſuſcipit aure tubas.
Eminus ⁊ pharetra. falcato cominus enſe
Pugnat. et induris tempora rebus agit:
Et modo turcarū ſęuas domuiſſe phalanges:
Nunc placet hoſtili ponere caſtra ſolo:
Semper tela. acieſq́ꝫ iuuant clipeiq́ꝫ micantes:
Nocte caret ſomno. luce quiete caret:
Ad ſibi ſi flatu ſpiret fortuna ſecundo:
Vt veniat ceptis mollior aura ſuis
Optabit celeres medeę ſcandere currus:
Mercurijq́ꝫ pedes. triptolemi ve rotam:
Vt cito barbarica poſſit regione relicta:
Querere romuleo męnia ſtructa ſolo:
Et petere optatos fraterna mente ſodales:
Milleq́ꝫ depulſa baſia ferre mora:
Interea dum bella fremunt. dum tela coruſcant:
Mittit ab arctoo verba legenda polo:

Nulla quies lateri. fuerit cum feſſa voluptas
Mutua: blandicijs eſt reuocanda venus.
Poſt mortem ſi ſenſus ineſt. meminiſſe iuuabit
Gaudia: ſi nihil eſt: hec rapuiſſe iuuat.

¶ Sigiſmundo de polhaym Et Xpo-
fero de hoehenfeld regijs ſenatoribus

Dum pudor ⁊ probitas meliori fulxit in euo:
Barbatos aluit martia roma viros.
Barbatus vixit fabius. reduces qꝫ camilli.
Et quorũ titulis p unica regna iacent.
At poſtqꝫ luxus mores flexere pudicos:
Et ceptum eſt teneros proſtituiſſe mares.
Femineos ſumũt poſita lanugine vultus:
Molliciemqꝫ animi prodere fronte iuuat.
Ceſaries in culta viros prolixa qꝫ barba
Ornat: et horrentes hirta per ora pili.
Seruet molliculos imbellis femina vultus:
Triſte ſupercilium forma virilis amat.
Vt folia arboribus. teneris vt pampinus vuis:
Sic eſt magnanimis barba decora viris.
Volſelle ⁊ ſtrigiles et acuta nouacula: quantũ
Dedecus. etatis poſterioris habent.
At vos vt priſcos virtute equatis honores:
Sic cultu veteris ſigna refertis aui.

¶ Symoni de vngerſpach regio thſaurario
generali Et Georgio rataller regio ſenatori.

Aurum cuncta mouet: ſuperi flectunt ab auro:
Gaudet et aurato iupiter ipſe tolo.
Templa micant auro. radiatqꝫ altaribus aurum:
Auro certa fides. perpetuũqꝫ decus.

Aurum pace iuuat. nec bello ſpernitur aurum:
Aurum pugnaces mittit in arma viros.
Auro romulei redimũt capitolia patres:
Auro victa parent ſydera: terra. fretum.
Numina quid colimus? procul o cũ pallade iuno:
Mars procul: et nitida caſta diana coma.
Sola habites omni diuina pecunia templo:
Et cadat ante tuos victima larga focos.
Aurum quiſquis habet ſuperos mercatur ⁊ aſtra:
Captiuos qꝫ tenet ſub dicione deos.

¶ Andree croato de lapach ſenat⁹ regij mareſcallo

Pini feris nutrite iugis. nec ſtēmate claro
Nec virtutis egens. veteri de gente curetum
Turba audax: rapti cunabula prima tonantis
Liquit. et adriaco circũflua littora ponto
Elegit: geminas anguis qua ſeparat arctos.
Hinc ſatus. egregijs extendis nomina factis.
Religione numam priſcũ grauitate catonem
Vincis: et inſignem patria pietate metellum.

¶ Bartolomeo modruſio regio ꝯſiliario.

Dic rogo ſcrutator gemini celeberrime iuris
Cur lepidum damnet turba profana melos:
Eſt ne furor? capitis ve minutio maxima? verſu
Pande. meduſei dulcis alumne chori.
Quem non nature fallunt archana potentis.
Non homini quicquid fas didiciſſe fuit.
Neſtora melliflua potis es ſuperare loquela:
O mihi perpetua concelebrande fide.
Nullus amicicie nodus valet arctior eſſe.
Quam ſi virtutis pectora nectat amor.

Hieronymus Balbus vtriuſqꝫ iuris doctor.

¶ Criſtofero de Liechten-
ſtain Mareſcallo Auſtrie.

Auſtriace telluris honos: quem martia tollit
Gloria: et extenſis volitans victoria pennis.
Te gelidi timuere ſcytę. te dirus alanus
Horret: et algenti conſtrictus ſarmata ponto.
Neglecta quotiens vnda (cum ſyrius ardet)
Tela inimica petis: quotiens ſub nubibus acte
Alpine qꝫ niues pigri qꝫ hyberna boote.
Scis quo caſtra loco: que ſit cuſtodia vallo
Aptior. expediat plano ne educere campo
An cuneis denſare aciem: que comoda fraudi
Vallis: et incerto que ſit fiducia marti.
Quadrupedante vagas ſi quando concutis alas:
Quis melior ſinuare fugas. quis certior arcum
Tendere. et obliquos curſu deludere curſus:
Primus inis pugnas: primus ſpeculator in hoſtem
Ingruis: inde ferox exercitus arma laceſſit.
Exemploqꝫ ducis totum componit̄ agmen.
Si litui ſiluere truces. vt robur in armis
Sic probitas in pace nitet. gaudeſqꝫ cruentā
Loricam mutare toga. tranquilla poteſtas
Imperat. et ſecura quies. nil gr̄a ſuadet.
Nil odium cogit: tumidos non ꝑſpera faſtus
Exacuūt: irę parcus. ſed pacis habundās.
Quo feror? iſta queat digno preconia cantu
Nemo referre. ſuum ni corduba diues alumnū
Sydereumqꝫ iterum mittat ſacra mantua vatem.

¶ Joanni waldner auſtrie cācellario ſupmo.

Te grauiore libet quotiens modularier eſtro.
Diſtrahor: et nimio premitur ſub pondere ceruix:
Martis opus ne canā: ſed plus laudatis inermis.
Juſtitiam mirer. rigidi ſed plena pudoris
Inde rapit gͣuitas. hinc mens preſaga futuri.
Corde tuo ſecreta ſibi penetralia ſeruat
Sancta fides: placidiq̧ modeſtia pectoris index.
Supplicibus facilis. nulliq̧ implacabilis obſtas.
Non odij ſtimulis. rabida ve accenderis ira.
Firma adamanteo conſtringis fȩdera nexu.
Pellitur ambitio: rebuſq̧ infeſtus opimis
Liuor edax: nunq̄ q̧ tuos obrepſit in actus
Crimen auaritie: tumidoue ſuperbia faſtu
Virtutū male fida comes. cōtemptor honeſti
Luſus abeſt: patrioſq̧ agitans diſcordia fines.
Cuncta quibus veteris fulgent inſignia ſȩcli
Inte mixta fluunt: priſcȩ q̧ ȩtatis honores
Solus habes. omnis ſub eodem pectore virtus
Conditur: et maior collectis viribus exit.

¶ Gaſpari de rogendorff Et Sigiſ-
mundo de nydertor ſenatoribꝰ regijs

Quid iuuat aſſiduis ſua carpere pectora curis.
Vita fugit volucri non reditura pede.
Stat cuicunq̧ ſui prefixus terminus eui:
Et nil morte homini certius eſſe pōt.
Interea niueas morſu leuiore papillas
Stringamus: tenuē dente premente notā.
Prelia q̧ alternēt vibrantibus oſcula linguis:
Scalpatur q̧ locis rima minuta ſuis.

¶ Ad cetrarium riualem.

Emule qui noſtro nimis inſidiaris amori:
Perlege ab arctoo carmina miſſa polo:
Axis in occiduus gemina ſpectabilis vrſa.
Me tenet. inſanis qua furit iſter aquis:
Tu frueris nitidoque formoſo corpore lyſe:
Deque mea ponis vaſta trophea fuga.
Primus amor criſilla fuit. fuit orca ſecundus:
Succeſſit lenas: cui fera phillyroe:
Quintaque inexhauſto me torſit amore camilla:
Extremi lyſa cauſa furoris erat:
Hanc reuocas blandis ad mutua furta tabellis:
Deque meo gaudes eripuiſſe ſinu.
O decus: o ſpolia. o vere pconia laudis.
Sic ſocio pactam cõtemeraſſe fidem:
Tu leuior folijs: vernaque incercior aura:
Verba dabas celeri diripienda noto:
Fata inimica volunt. et conſcia ſydera fati:
Vt careã vultu candida lyſa tuo:
Tergemine nectant mihi ſtamina longa ſorores
Spirabit votis mitior aura meis:
Pande ſinus quantũque potes ſecet equora puppis:
Nam medijs fiet naufraga pinus aquis:
Forte ſub ambiguo velim quid claudere verſu:
Queris: quod ſuper eſt perlege certus eris:
Dalmatico referã fulgentia dona metallo:
Lecta vel eois dona ſub equoribus;
Lyſella occurret roſeo ſpectabilis ore:
Lyſella ethereo dignior axe frui.

Abſq3 mora implicitis iungemus baſia linguis.
Vt cupido iungit alba columba viro.
Tunc petet vt valeā boreali miſſus ab arcto.
Dicam q3 valeo ſi mea vita vales
Forſitan ⁊ grate certamina blanda diones
Miſcemus placido nocte iuuante toro.
Feſta dies aderit meliori ſtamie nexa.
Quā niuea ſignet lactea gemma nota:
Tunc tibi teſiphone diris accincta colubris
Torrebit rapida pectus inane face:
Tunc ixioneȝ noſces diſpendia ſortis:
Et medijs fies tantalus alter aquis:
Edipodos malles (nequid modo tale videres)
Supplicia: et vetuli noſcere tirreſie.
Viue tamen ſed viue miſer ſub amore ſiniſtro.
Et tibi ſit lyſeȝ copia nulla meeȝ.

¶ Ad Io. baptiſtam de zoculis.

Ipete laurigeros celeri pede muſa penates
Baptiſte. et breuibus ora reſolue modis:
Vt noſcam an valeas me miſit abaxe boreo
Pannon: inocciduo qua micat vrſa polo:
Qui licet arua colat ripheis ſparſa pruinis.
Non cecidit memori pectore lapſus amor
Carmia non redolent ſacras permeſſidos vndas.
Sed ſunt barbaricis barbariora locis:
Quicquid eni gelidū ſcribit proſtratus ad iſtrū.
Naturam redolet ingeniumq3 loci.

¶ Epitaphium eius.

Dalmata me genuit: me ſuſtulit hungara tellus.
Dum vixi. alligeri miles amoris eram.

22

¶ Epitaviū D. Friderici ceſaris.

Jura dedi terris: nunc me ſacer abſtulit ęther
Vt pia cęlicolis pro ioue iura darem.

¶ Aliud eiuſdem

Dum vixi mortalis eram: nunc iuppiter alter:
Jam gemino dabitis thura ſabea ioui:

¶ Jo. vitezio veſprimieñ:
ac wienneñ. epiſcopo.

Maximus alcides totum qui viribus orbem
Vicit: & immota ſuſtulit aſtra manu:
Pauperis euandri tenues ſubiiſſe penates
Dicitur: et menſas parue molorche tuas:
Te quoqꝫ ſydereo preſul digniſſime cętu
Haud pudeat noſtras concelebrare dapes:
Jane ſerenato qui conſpicis omnia vultu.
Reddas aſpectu prandia leta tuo:
Eſto procul cure. duri procul eſto labores.
Sint chorę. ludi. plectra. cupido. merum:
Quiſqꝫ bibat. ſed plura bibas tu pocula. largo
Nectare: dumqꝫ bibis talia verba ſonent:
Sint tibi pręſul opes. ſit honor. ſit gloria. ſplendor.
Et videat pylios lęta ſenecta dies:
Sint cito purpureo tua tempora cincta galero:
Accedat culmen pontificale tibi:
Candida fumoſo madeant cryſtalla phalerno:
Omnia iucundis ſint loca plena iocis
Namqꝫ ioco. et requie gaudet formoſus apollo.
Sępe racemifero eſt vincta minerua deo.
Ocia qui ſumpſit multo ferventius idem.
Poſt modo virtutis grande peregit opus.

¶ Lector librum alloquitur.

Parue quid austriacū ꝓperas liber ire ꝑ orbem?
Tutior in domini ſedibus eſſe potes:
Vera mones lector: ſed crebras ille lituras
Dum timet. in populo quęrit habere locum:
Hoc tineas paſces: fuero parte vtilis illa.
Quod natura parit num rubor eſt alere?
Fudiſti ſumptus: quadrantes fudimus octo:
Hos compeſabunt balnea rara mihi.
Deniqꝫ ſiue legar. ſeu non rep̄hendar: vtrū vis
Da: vtrū vis noſtro grandius eſt merito.

Hoc inſigne opus multiplici rerum varietate refertum exaratū fuit induſtria Johannis Winterburg in celebertima vrbe Wiennen̄. Annis domini 1 4 9 4 Kalendis auguſti. Maximiliano Romanorū atqꝫ vngarie rege ſereiſſimo feliciter regnāte

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK IN WIEN